Tabella obtentui erit, quo magis animo libero facere audeat: in multitudine, et praesidii plus, et usus amplior est. Nam fere, his tempestatibus, alii judiciis publicis, alii privatis suis atque amicorum negotiis inplicati, haud sane Reipublicae consiliis adfuerunt; neque eos magis occupatio, quam superba imperia distinuere. Homines nobiles cum paucis senatoriis, quos additamenta factionis habent, quaecumque libuit probare, reprehendere, decernere, ea, uti libido tulit, fecere. Verum ubi, numero senatorum aucto, per tabellam sententiae dicentur; nae illi superbiam suam dimittent, ubi iis obediendum erit, quibus antea crudelissume imperitabant. Forsitan, imperator, perlectis litteris desideres, quem numerum sena-

valgano a dar forza al Senato, se accresciuto di numero darà il suo voto per iscrutinio.

Servirà lo scrutinio di velame, acciocchè ognuno abbia più franco ardimento; e nel numero maggiore vi sarà più forza e più di effetto. Perciocchè in questi tempi altri de' senatori occupati ne' giudizj, altri nei proprj o negli affari degli amici, non intervennero quasi mai ne' pubblici consiglj; e non tanto ne li rattenne l'occupazione, quanto l'altrui superbo predominio. I nobili con pochi altri senatori, che tengon a mostra di lor fazione, approvarono, condannarono, decretarono, come meglio lor piacque. Ma quando, aumentato il numero de' senatori, si daranno i voti segretamente, certo rinuncieranno a quella loro superbia, dovendo ubbidire a coloro, a cui prima sì fieramente comandavano. Forse, letta la mia lettera, chiederai qual amerei che fosse il numero de' senatori,

torum fieri placeat; quoque modo is in multa, et varia officia distribuatur; et quoniam judicia primae classis mittenda putem, quae descriptio, qui numerus in quoque genere futurus sit. Ea mihi omnia generatim describere haud difficile factu fuit: sed prius laborandum visum est de summa consilii, idque tibi probandum verum esse. Si hoc itinere uti decreveris, cetera in promtu erunt. Volo ego consilium meum prudens, maximeque usui esse. Nam ubicumque tibi res prospere cedet, ibi mihi bona fama eveniet. Sed me illa magis cupido exercet, uti quocumque modo, et quamprimum Respublica adjuvetur. Libertatem gloria cariorem habeo, atque ego te oro, hortorque, ne clarissimus imperator, Gallica gente subacta, populi Romani summum atque invictum imperium tabescere vetustate,

come ripartirli ne' molti e varj ufficj, come affidare i giudizj a' quei della prima classe, in che modo distribuirli, e qual debba essere il numero in ogni divisione. Descriverti tutto ciò in generale non mi sarebbe stato difficile, ma mi sembrò doversi prima trattare della massima, e dimostrartene la verità. Se stabilirai di camminar per questa strada, tutto li resto sarà pronto. Bramo che il mio parere ti sembri saggio e soprattutto praticabile; perciocchè qualunque volta l'esito sarà felice, io pure ne trarrò lode. Ma più mi travaglia la viva brama, che la Repubblica in qualunque modo sia soccorsa e quanto prima. La libertà mi è più cara della gloria, e perciò ti prego ed esorto a non soffrire, tu comandante riputatissimo e domatore della Gallica nazione, che il sommo ed invitto Romano impero struggasi per vecchiezza, e per

ac per summam discordiam dilabi, patiaris. Profecto, si id adcidat, neque tibi nox, neque dies curam animi sedaverit, quin insomniis exercitus, furibundus, atque amens alienata mente feraris. Namque mihi pro vero constat, omnium mortalium vitam divino numine invisi: neque bonum, neque malum facinus cujusquam pro nihilo haberi: sed ex natura diversa praemia bonos, malosque sequi. Interea forte ea tardius procedunt: suus cuique animus ex conscientia spem praebet. Quod si tecum patria, atque parentes possent loqui, scilicet haec tibi dicerent: O Caesar, nos te genuimus fortissimi viri, in optima urbe, decus, praesidiumque nobis, hostibus terrorem.

Quae multis laboribus, et periculis ceperamus, ea tibi nascenti cum anima simul tradidimus, patriam maximam in

somma discordia si sfasej. In verità se ciò accadesse, nè il dì, nè la notte potrien calmare i tuoi rimorsi; che anzi travagliato da' sogni, furibondo e farnetico quasi usciresti di senno. Perciocchè io tengo per certo, che vegli occhio divino sulla condotta de' mortali, e che si tenga conto del mal oprare di ciascuno; sicchè diversa mercede attenda i buoni ed i tristi. Intanto ciò tarda forse troppo ad avverarsi; ma la coscienza d'ognuno lo avvisa di ciò che si deve aspettare. Che se teco parlar potessero la patria ed i maggiori, ecco ciò che ti direbbero: Noi uomini fortissimi ti abbiamo, o Cesare, generato in questa egregia città per nostra gloria e difesa, per terror de' nemici.

Tutto ciò che avevamo acquistato con gran perigli e fatiche, al nascer tuo te lo diemmo insiem colla vita; una patria la più grande

terris; domum, familiamque in patria clarissimam; praeterea bonas artes, honestas divitias; postremo omnia honestamenta pacis, et praemia belli. Pro his amplissimis beneficiis non flagitium a te, neque malum facinus, petimus; sed uti libertatem eversam restituas. Qua re patrata, profecto per gentes omnes fama virtutis tuae volitabit. Namque hac tempestate, tametsi domi, militiaeque praeclara facinora egisti; tamen gloria tua cum multis viris fortibus aequalis est: si vero Urbem amplissimo nomine, et maximo imperio, prope jam ab occasu restituaris; quis te clarior, quis major in terris fuerit? Quippe si morbo jam, aut fato huic imperio secus adcidat: cui dubium est, quin per orbem terrarum vastitas, bella, caedes, oriantur? Quod si tibi vana lubido fuerit, parentibus gra-

che siavi in terra, una casa e famiglia la più illustre che siavi in patria; inoltre buoni ammaestramenti, oneste ricchezze, tutti in fine i pregj della pace, tutte le ricompense della guerra. A scambio di tanti benefizj non ti domandiamo un delitto, un'azion nequitosa, ma che tu ristabilisca la libertà rovesciata. Ciò fatto, volerà, non v'ha dubbio, per tutte le nazioni la fama di tua virtù. Perciocchè, sebbene tu abbia oprate finora gran cose in guerra ed in pace, pur la tua gloria è comune con molti eroi; ma se ritrarrai quasi dall' eccidio una città, che ha nome sì chiaro, dominazione sì vasta, chi fia più rinomato di te, chi più grande in terra? Che se all' incontro perir dovesse questo impero per vizio interno o per destino, chi non vede quale desolazione, quali guerre e stragi avverrebbero per tutto il mondo? Ma se avrai il bel pensiero di mostrarti grato alla

tificandi ; postero tempore , Republica restituta , super omnis mortalis gloria agnita , tuaque unius mors vita clarior erit. Nam vivos interdum fortuna , saepe invidia , fatigat : ubi anima naturae cessit , demtis obtrectationibus ipsa se virtus magis magisque extollit. Quae mihi utilia factu visa sunt , quaeque tibi usui fore credidi , quam paucissimis potui , perscripsi. Ceterum Deos immortales obtestor , uti , quocumque modo ages , ea res tibi , Reique publicae prospere eveniat.

patria, ed ai maggiori, in appresso, rimessa in piedi la Repubblica, sorpasserà la tua ogn'altra gloria, e niente sarà più chiaro della tua vita, fuorchè la tua morte. Perciocchè talvolta la fortuna, spesso l'invidia travaglia i vivi; ma pagato il tributo alla natura, cessate le detrazioni, la virtù più e più si solleva. Io ti scrissi, quanto potei più brevemente, ciò che mi parve utile a farsi, e che riputai poterti essere di qualche uso. Prego del resto gli Dei immortali, che qualunque cosa tu imprenda a fare, torni essa a tuo ed a vantaggio della Repubblica.

EPISTOLA SECUNDA

AD C. CAESAREM

DE

REPUBLICA ORDINANDA

Pro vero antea obtinebat, regna atque imperia, Fortunam dono dare, item alia, quae per mortalis avide cupiuntur: quia et apud indignos saepe erant, quasi per lubidinem data; neque cuiquam incorrupta permanserant. Sed res docuit id verum esse, quod in carminibus Appius ait, Fabrum esse suae quemque fortunae: *atque in te maxume, qui tantum alios praetergressus es, uti prius defessi sint homines laudando facta tua, quam*

LETTERA SECONDA

A CAJO CESARE

SUL MODO

DI ORDINAR LA REPUBBLICA

PRIMA d'ora si tenea per fermo che Fortuna desse in dono i regni e gl'imperj, e quant'altri beni bramano gli uomini avidamente; sì perchè spesso eran dati a' men degni quasi a capriccio, sì perchè nessuno gli avea serbati illesi lungo tempo. Ma l'avvenimento fece conoscer vero ciò che Appio scrisse ne'suoi versi: *esser ognuno il fabro di sua fortuna*; e vero in te specialmente, il quale hai tanto gli altri sorpassato, che si stancaron più presto gli uomini di lodarti,

tu laude digna faciundo. Caeterum uti fabricata, sic virtute parta, quam magna industria haberi decet: ne incuria deformentur, aut conruant infirmata. Nemo enim alteri imperium volens concedit: et quamvis bonus atque clemens sit, qui plus potest; tamen quia malo esse licet, formidatur. Id evenit, quia plerique rerum potentes perverse consuluut: et eo se munitiores putant, quo illi, quibus imperitant, nequiores fuere.

At contra id enitì decet, cum ipse bonus atque strenuus sis, uti quam optumis imperites. Nam pessumus quisque asperrime rectorem patitur. Sed tibi hoc gravius est, quam ante te omnibus, armis parta componere. Bellum aliorum pace mollius gessisti: ad hoc victores praedam petunt, victi cives sunt. Inter has difficultates evadendum

che tu di far cose degne di lode. Del resto, come si usa cogli edifizj, così devesi con gran diligenza custodire quanto s' è acquistato col valore, acciò non si guasti per incuria, o indebolito non rovini. Perciocchè nessuno cede ad altri di buon grado l' impero; e benchè sia buono e clemente chi più può, pure perchè gli lece esser cattivo, si teme. Ciò avviene, perchè i più de' potenti mal si consigliano, e tanto più credonsi sicuri, quanto son più ribaldi coloro, a cui comandano.

All' incontro convien, che tu faccia ogni sforzo, perchè, sendo tu buono e virtuoso, sieno grandemente dabbene coloro, a cui comandi; perciocchè il malvagio soffre con dispetto chi il regge. Ma è più difficile a te, che agli altri tutti in addietro, ricomporre ciò, ch' hai coll' armi acquistato; fu men aspra la tua guerra, che la pace altrui; inoltre i vincitori chiedon la lor preda, i vinti son tuoi concit-

est tibi ; atque in posterum firmanda Respublica non armis modo, neque adversum hostes, sed, quod multo majus, multoque asperius est, bonis pacis artibus. Ergo omnes magna mediocrique sapientia res huc vocat : quae quisque optima potest, ut dicat. Ac mihi sic videtur ; qualicumque modo tu victoriam composueris, ita alia omnia futura. Sed jam, quo melius faciliusque constituas, paucis, quae me animus monet, accipe.

Bellum tibi fuit, imperator, cum homine claro, magnis opibus, avido potentiae ; majore fortuna, quam sapientia ; quem secuti sunt pauci, per suam injuriam tibi inimici, item quos adfinitas, aut alia necessitudo, traxit. Nam particeps dominationis neque fuit quisquam ; neque, si pati potuisset, orbis terrarum

tadini. Tu dei trarti salvo di mezzo a queste difficoltà, ed assodar la Repubblica per l'avvenire non solo coll'armi e contro i nemici, ma ciò ch'è cosa molto maggiore e più spinosa, colle dolci arti della pace. Perciò l'argomento chiama il concorso di tutti, di mediocre e di gran sapere, perchè ognuno dica ciò che ha di meglio. Quanto a me, così mi pare: in quel modo che userai della vittoria, in quello stesso avverrà di tutto il resto. Ma perchè tu possa meglio e più facilmente determinarti, ascolta in breve ciò che mi detta il pensiero.

Guerreggiasti, o Cesare, con uomo illustre, di gran forze, avido di potenza, più avventuroso che avveduto; cui pochi seguirono o tuoi nemici, perchè ti offesero, o stretti a lui per parentela, od altri vincoli. Perciocchè nè alcuno fu mai a parte della sua dominazione; nè, se lo avesse sofferto, avria la guerra sconvolto tutto il mondo. Il resto del

bello concussus foret. Cetera multitudo vulgi, more magis quam judicio, post alius alium, quasi prudentiorem, secuti. Per idem tempus maledictis iniquorum occupandae Reipublicae in spem adducti homines, quibus omnia probro, ac luxuria polluta erant, concurrere in castra tua: et aperte quietis mortem, rapinas, postremo omnia, quae corruptus animus jubebat, minitari.

Ex quis magna pars, ubi neque creditum condonare, neque te civibus, sicuti hostibus, uti vident, defluxere: pauci restitere, quibus majus otium in castris, quam Romae, futurum erat: tanta vis creditorum impendebat. Sed ob easdem caussas, inmane dictu est, quanti, et quam multi mortales postea ad Pompejum discesserint: eoque, per omne tempus belli, quasi sacro atque inspoliato

volgo più per costume, che per riflessione un dopo l'altro si diè a seguirlo quasi fosse più assennato. Nel tempo stesso correvano al tuo campo quanti eran più bruttati di laidezze e d' infamie, venuti a speranza per istigazion de' perversi d' impadronirsi della Repubblica, e minacciavano apertamente al tranquillo cittadino morte, rapine, finalmente tutti gli eccessi che suggeriva loro la depravazione del cuore.

Una gran parte di costoro, poichè vide che tu ne rimettevi i lor debiti, nè trattavi i cittadini quai nemici, si dileguò; pochi rimasero, che più quiete promettevansi nel campo che a Roma; tanti avevano creditori sul collo! Ma egli è impossibile a dirsi quanti e quanti passaron poscia a Pompeo per questi stessi motivi; e oppressi da' debiti, di lui si valsero per tutto il corso della guerra, come di tempio sacro e non mai tocco. Poi-

fano, debitores usi. Igitur, quoniam tibi victori de bello, atque pace, agitandum est; hoc uti civiliter deponas, illa ut quam justissima, et diuturna sit: de te ipso primum, qui ea compositurus es, quod optimum factu est, existima. Equidem ego cuncta imperia crudelia, magis acerba, quam diuturna, arbitror; neque quemquam a multis metuendum esse, quin ad eum ex multis formido recidat: eam vitam bellum aeternum et anceps gerere; quoniam neque adversus, neque ab tergo, aut lateribus tutus sis, semper in periculo, aut metu agites.

Contra qui benignitate, et clementia, imperium temperavere, his laeta et candida omnia visa, etiam hostes aequiores, quam aliis cives. An qui me his dictis corruptorem victoriae tuae, nimisque in

chè dunque tu devi vincitore prenderti cura della guerra e della pace, di quella per terminarla senz' altro danno de' cittadini, di questa, perchè sia la più giusta e durevole, pensa prima d'ogni altra cosa, tu che vi devi por mano, qual sia il migliore partito che ti convenga. Io per verità son di parere, che tutte le crudeli dominazioni son più intollerabili, che lunghe; che nessuno può esser temuto da molti senza che il timore non rimbalzi da molti in lui; e che una tal vita è guerra dubbia ed eterna, non essendo tu sicuro nè dinanzi, nè alle spalle, nè a' fianchi, sempre aggirandoti fra il pericolo ed il sospetto.

A quelli all'incontro, che temperarono il potere colla clemenza e colla bontà, parve che tutto arridesse; e rispettati furon anche da' nemici più ch'altri nol sono da' cittadini. Saravvi chi m'accusi d'avvilir con ciò le tue

victos bona voluntate praedicent? scilicet quod ea, quae externis nationibus, natura hostibus, nosque majoresque nostri saepe tribuere, ea civibus danda arbitror; neque barbaro ritu caede caedem, et sanguine sanguinem expiandum. An illa, quae paullo ante hoc bellum in Cn. Pompejum victoriamque Sullanam increpabantur, oblivio intercepit? Domitium, Carbonem, Brutum, alios item non armatos neque in proelio belli jure, sed post ea supplices per summum scelus interfectos: Plebem Romanam in villa publica pecoris modo conscissan.

Heu quam illa occulta civium funera, et repentinae caedes in parentum, aut liberorum sinum, fuga mulierum, et puerorum, vastatio domorum! ante partam a te victoriam omnia saeva, atque cru-

vittorie, d'esser propenso troppo pei vinti? certo ch'io stimo doversi concedere a' cittadini ciò che noi e i nostri maggiori concedemmo spesso alle nazioni straniere, per natura nostre nemiche, nè doversi, a usanza de' barbari, espiar le stragi colle stragi, col sangue il sangue. Abbiam forse dimenticato ciò che alquanto innanzi quest' ultima guerra si rimproverava a Gneo Pompeo e alla vittoria di Silla? Domizio, Carbone, Bruto, e così altri spietatamente uccisi, non armati, non sul campo per diritto di guerra, ma in appresso supplichevoli, la Plebe Romana, nella pubblica villa, qual branco di bestiame tagliata a pezzi?

Ed oh quali occulti massacri di cittadini, che stragi improvvise nel seno stesso de' padri e de' figliuoli, che fuga di donne e di fanciulli, che saccheggiamenti di case! prima che tu vincessi, tutto era sevizie, crudeltà.

delia erant. Ad quae te illi iidem hortantur: et scilicet id certatum esse utrius vestrum arbitrio, injuriae fierent: neque receptam, sed captam a te Rempublicam et ea caussa exercitus stipendiis confectis, optimos, et veterrimos omnium, adversum fratres, parentesque, alii liberos, armis contendere; ut ex alienis malis deterrimi mortales ventri, atque profundae lubidini sumtus quaererent; atque essent obprobria victoriae: quorum flagitiis conmacularetur bonorum laus.

Neque enim te praeterire puto quali quisque eorum more, aut modestia, etiam tum dubia victoria, sese gesserit; quoque modo in belli administratione scorta, aut convivia, exercuerint nonnulli; quorum aetas ne per otium quidem tales voluptates sine dedecore adtigerit. De bello satis dictum. De pace firmanda quoniam tu-

Or questo è ciò, a che coloro stessi ti esortano; e certo si è combattuto per sapere qual di voi due potesse usar a talento la violenza; nè tu hai ricuperata, ma conquistata la Repubblica; ed i migliori e più vecchi eserciti già congedati hanno pugnato contro i fratelli, i genitori e i figli stessi, perchè i più scellerati fra i mortali traessero dalle altrui sciagure di che saziare il ventre e la libidine ingorda, e fossero l'infamia della vittoria, macchiando co' loro eccessi l'onor dei buoni.

Perciocchè non credo che tu ignori qual sia stato il contegno e la condotta di ciascun d'essi, pendente ancor la vittoria; e come durante la guerra si abbandonarono a baldracche ed a' conviti alcuni di coloro che per l'età loro non avrien dovuto senza vergogna, nemmeno in pace, avvicinarsi a' tai sozzure. Ma basta della guerra. Quanto a

que, et omnes tui agitatis: primum id, quaeso, considera, quale id sit, de quo consultas: ita, bonis, malisque dimotis, patenti via ad verum perges. Ego sic existumo, quoniam orta omnia intereunt, qua tempestate urbi Romanae fatum excidii adventarit, cives cum civibus manus conserturos: ita defessos, et exsangues regi, aut nationi praedae futuros. Aliter non orbis terrarum, neque cunctae gentes conglobatae, movere, aut contundere queunt hoc imperium. Firmanda igitur sunt concordiae bona, et discordiae mala expellenda.

Id ita eveniet, si sumtuum, et rapinarum licentiam deniseris; non ad vetera instituta revocans, quae, jam pridem corruptis moribus, ludibrio sunt; sed si suam cuique rem familiarem finem sumtuum statueris: quoniam is incessit

consolidare la pace, poichè tu e tutti i tuoi ve ne prendete pensiero, prima di tutto considera, di grazia, di che si tratta; così, calcolati i beni ed i mali, giungerai per larga via insino al vero. Io porto opinione, giacchè tutto ciò che nasce ha da perire, che quando giungerà l'ultim'ora di Roma, pugneran cittadini contro cittadini, finchè lassi ed esangui saran preda di una nazione o di un re. In altro modo nè tutta la terra, nè tutti i popoli collegati insieme potran mai crollare o schiacciar questo impero. Bisogna dunque afforzar i vantaggi della concordia, e bandire i mali della discordia.

Ciò avverrà, se toglierai la licenza delle spese e delle rapine, non richiamando gli antichi istituti, già fatti ridicoli da gran tempo per la corruzion del costume, ma fissando ad ognuno per limite delle spese la misura del patrimonio. Perciocchè è diventato costume,

mos, ut homines adolescentuli, sua, atque aliena consumere, nihil lubidini, atque aliis rogantibus denegare, pulcherrimum putent; eam virtutem, et magnitudinem animi; pudorem, atque modestiam pro socordia aestiment. Ergo animus ferox, prava via ingressus, ubi consueta non suppetunt, fertur accensus in socios modo, modo in cives; movet composita, et res novas veteribus adquirit. Quare tollendus foenerator in posterum, uti suas quisque res curemus: ea vera, atque simplex via est, magistratum populo, non creditori, gerere; et magnitudinem animi in addendo, non demendo Reipublicae ostendere.

Atque ego scio, quam aspera haec res in principio futura sit, praesertim iis, qui se in victoria licentius liberiusque,

che i giovani d'oggidì credan bello consumare il proprio e l'altrui, niente ricusare alla propria passione, o alle domande degli altri; questa la stimano virtù e grandezza d'animo, e dappocaggine la moderazione, il pudore. Quindi rotto ogni freno, postisi sul cattivo sentiero, poichè il consueto non basta loro, lanciansi con ardore or contro gli alleati, or contro i cittadini, sconvolgono gli ordini stabiliti e fan nuovi acquisti a prezzo de' vecchi. Convien pertanto togliere per l'avvenire gli usuraj, acciocchè ognuno tenga conto del fatto suo; e la vera, la semplice via si è, che i magistrati prendan la tutela del popolo, non de' creditori; e che spicchi la grandezza dell'animo, non nel torre, ma sì nell'aggiungere alla Repubblica.

Ed io so bene, quanto ciò sul principio parrà duro specialmente a coloro, che aspettavansi dalla vittoria non di essere più stretti,

quam artius, futuros crédebant; quorum si saluti potius, quam lubidini, consules; illosque nosque et socios in pace firma constitues. Sin eadem studia, artesque juventuti erunt: nae ista egregia tua fama simul cum urbe Roma brevi concidet. Postremo sapientes pacis caussa bellum gerunt, laborem spe otii sustentant. Nisi illam firmam efficis, vinci, an vicisse, quid retulit? Quare capesse per Deos Rempublicam, et omnia aspera, uti soles, pervade. Namque aut tu mederi potes; aut omittenda est cura omnibus. Neque quisquam te ad crudeles poenas, aut acerba judicia, invocat, quibus civitas vastatur magis, quam corrigitur; sed uti pravas artes, malasque lubidines, ab juventute prohibeas.

Ea vera clementia erit, consuluisse, ne inmerito cives patria expellerentur;

ma bensì più liberi, e licenziosi; pur se baderai più alla loro salvezza, che a secondare le lor passioni, darai ad essi, agli alleati ed a noi durevol pace. Che se terranno i giovani la stessa vita e condotta, certo in breve questa tua fama immortale perirà insieme con Roma. Finalmente i saggi fan guerra per aver pace, e sopportan le fatiche colla speranza del riposo. Or se non assodi bene la pace, che importò vincere od esser vinti? Afferra dunque, te ne scongiuro, le redini della Repubblica, e trionfa, come suoli, d' ogni più aspra difficoltà; perciocchè o tu vi puoi rimediare, o ne lasci ogn' altro la cura. Nè alcun ti richiama ad usar pene crudeli, o severità di sentenze, che più disertano che non correggono la città; bensì a strappare la gioventù dalle male arti e dalle ree passioni.

Questa sì sarà vera clemenza provvedere, che i cittadini non sien cacciati di patria in-

retinuisse ab stultitia, et falsis voluptatibus; pacem concordiamque stabilivisse: non si flagitiis obsecutus, delicta perpessus, praesens gaudium cum mox futuro malo concesseris. Ac mihi animus, quibus rebus alii timent, maxume fretus est, negotii magnitudine: et quia tibi terrae, et maria simul omnia componenda sunt, (quippe res parvas tantum ingenium adtingere nequit) magnae curae magna merces est. Igitur provideas oportet, uti Plebes, largitionibus, et publico frumento, conrupta, habeat negotia sua, quibus ab malo publico detineatur: juventus probitati, et industriae, non sumtibus, neque divitiis, studeat. Id ita eveniet, si pecuniae, quae maxuma omnium pernicies est, usum, atque decus demseris.

giustamente, guardarli dalle follie, dai falsi piaceri, consolidare la pace e la concordia; non così, se lusingando il vizio, tollerando il delitto, scambierai co' mali imminenti il piacer d' oggidì. E ciò specialmente mi rincora, di che altri più teme, la grandezza stessa dell' impresa; e poichè devi dar ordine alla terra insieme ed al mare (perciocchè un genio sì grande disdegna i piccioli oggetti) avrai di gran cura gran ricompensa. Devi adunque provvedere acciò la Plebe, già corrotta dalle pubbliche distribuzioni di soldo e di frumento, abbia le sue proprie occupazioni che la rattengano dal nuocere allo Stato; e che la gioventù cerchi d' esser proba e laboriosa, e non si dedichi alle profusioni e alle ricchezze. Questo avverrà, se scemerai al danaro, la più grande di tutte le pesti, il credito ed il troppo uso.

Nam saepe ego cum animo meo reputans, quibus quisque rebus clari viri magnitudinem invenisseut, quae res populos nationesve magnis auctoribus auxissent; ac deinde quibus caussis amplissuma regna, et imperia, conruissent: eadem semper bona, atque mala reperiebam, omnesque victores divitias contemsisse, et victos cupivisse. Neque aliter quisquam extollere sese, et divina mortalis adtingere potest, nisi, omissis pecuniae, et corporis gaudiis, animo indulgens, non adsentando, neque concupita praebendo, perversam gratiam gratificans, sed in labore, patientia, bonisque praeceptis, et factis fortibus exercitando. Nam domum, aut villam extruere, eamque signis, aulaeis, aliisque operibus exornare, et omnia potius, quam semet, visendum effice-

Digitized by Google

Perciocchè meditando sovente meco stesso per qual via ciascun de'chiarissimi uomini sia giunto a potenza, qual cosa più abbia ingranditi e popoli e nazioni col mezzo di sommi eroi, ed indi per quali cause siansi rovesciati regni ed imperj vastissimi, sempre io trovava gli stessi beni, gli stessi mali; e che tutti i vincitori avean dispregiate le ricchezze, i vinti avidamente cercate. Nè può alcuno altrimenti levar se stesso e ravvicinarsi mortale a' numi, se non che sprezzato l'oro ed i piaceri del corpo, coltivandosi l'animo non coll'accarezzarlo e malamente compiacerlo in ogni sua voglia, ma coll' esercitarlo nella fatica, nella pazienza, nelle buone massime e nelle forti imprese. Perciocchè fabbricarsi un palagio, o una villa, e ornarla di statue, di tappeti e d'altri lavori, e far che meriti d'esser visto tutt' altro

re, id est, non divitias decori habere, sed ipsum illis flagitio esse.

Porro ii, quibus bis die ventrem onerare, nullam noctem sine scorto quiescere mos est; ubi animum, quem dominari decebat, servitio obpressere, nequicquam eo postea hebeti, atque claudo pro exercito uti volunt. Nam inprudentia pleraque, et se praecipitant. Verum haec, et omnia mala pariter cum honore pecuniae desinent, si neque magistratibus, neque alia vulgo cupienda, venalia erunt. Ad hoc providendum est, quonam modo Italia, atque provinciae tutiores sint, id quod factu haud obscurum est. Nam iidem omnia vastant, suas deserendo domos, et per injuriam alienas occupando. Item ne, ut adhuc, militia injusta, aut inaequalis sit:

che il padrone, non è questo un apprezzar le ricchezze, ma piuttosto disonorarle.

Quelli certo, che han per costume di aggravarsi il ventre due volte al giorno, di non passar notte senza bagascia, poichè oppressero e resero schiava l' anima, che dovea dominare, vogliono invano poi, ebete e zoppa ch' ell' è, trovarla agile e pronta; così tracollan per imprudenza se stessi e molti de' fatti loro. Or questi e tutti gli altri mali spariranno insieme col credito delle ricchezze, se non saranno venali i magistrati, e quant' altro suolsi d' ordinario più vagheggiare. Dopo di ciò, bisognerà trovar il modo di provvedere alla sicurezza dell' Italia e delle provincie; e i mezzi di farlo non sono oscuri. Perciocchè son sempre quegli stessi, che tutto mettono a sacco, abbandonando le proprie case, e colla violenza occupando le altrui. Così pur baderai, che il servigio militare non sia, co-

cum alii triginta, pars nullum stipendium faciet: et frumentum id, quod antea praemium ignaviae fuit, per municipia, et colonias illis dare conveniet, cum stipendiis emeritis domos reverterint. Quae Reipublicae necessaria, tibique gloriosa ratus sum, quam paucissimis absolvi.

Non pejus videtur, pauca nunc de facto meo disserere. Plerique mortales ad judicandum satis ingenii habent, aut simulant: verumtamen ad reprehendenda aliena facta, aut dicta, ardet omnibus animus; vix satis apertum os, aut lingua promta videtur, quae meditata pectore evolvat: quibus me subjectum haud poenitet, magis reticuisse pigeret. Nam sive hac, seu meliore alia via perges; a me quidem pro virili parte di-

me finora, ingiustamente o inegualmente distribuito; altri avendo militato in trent'anni, altri non mai; e che quel grano, che fu prima premio dell'ignavia, sia ripartito a'soldati ne' municipj e nelle colonie, quando, avuto il congedo, siensi rimessi a casa. Io mi sono spicciato in breve di quanto ho riputato necessario sì alla cosa pubblica, che all'interesse della tua gloria.

Nè mi par male il farti ora un breve cenno sul conto mio. Molti si hanno, o s'infingono di avere bastante ingegno per ben giudicare; ma se si tratta di censurare i detti o i fatti d'altri, ciascuno è un lampo, non gli pare di aver la bocca assai spalancata, nè la lingua assai spedita per isvolgere i suoi concetti. Non mi duole però d'essermi esposto a' morsi di costoro; più mi dorrebbe, se mi fossi tacciuto. Perciocchè o tu vada per questa via, o per altra migliore, io t' avrò dato, per

ctum, et adjutum fuerit. Reliquum est, optare, uti, quae tibi placuerint, ea dii immortales adprobent, beneque evenire sinant.

quanto posso, qualche consiglio, qualche ajuto. Solo mi resta a bramare, che quel partito, che sceglierai, gli dei immortali l'approvino, e il facciano riuscire a bene.

CF 05°6644RG

Digitized by Google

Digitized by Google